

ante tabulam fluit in p̄sentem diem.
sed p̄pter multitudinem peregrinorū
monachi cum alio oleo nūc augmē-
tāt et peregrini distribuit. sed nūllū
dubium quā illa ymago oleū su-
det et illud oleum infra anum mut-
tatur in lac et ip̄m lac postea in san-
guinem qđ sepius oculis vidi etiam
in multis partibus vidi oleum itaqz
mutatum. **N**oc etiam olē multū
valet in mari contra tempestates qđ
sepius bene vidi. Etia in multis pa-
tet qđ deus hunc locum seu montem
monstrauit abrahe vt super eū filiū
suū ysac dilectū immolaret. deus
multum diligit montē qđ talia in ho-
nore matris in ymagine sua picta mi-
rabilia operat et etia in tot tribula-
cionibz et infestacionibus per diuer-
sos homines peractis in ip̄a terra et
qđ ip̄a terra multociens sic diuersi-
mode a diuersis hominibz perditā et
recuperata tamen semper illius mon-
tis seu loci monachi et moniales ille
si permanserunt. **N**ā legūt et adhuc
hoim extat memoria qđ baalon qđ bal-
dach cepit de quo prius mencionē
fecī dum egiptum et totā terrā syrie
destruxisset et vniuersam terram mo-
nachi et moniales hui⁹ loci metuen-
tes et sic oleum dimittere cogitabāt
Tūc deus et beata virgo maria ip̄is
verisimiliter apparuerunt et eos con-
solati sūt qđ penitus nō timerent nec
dereliquerent locum. **N**ā cū ip̄is
semp esse vellent et omnes veri simi-
liter in omnibz et per omnia confor-
tauerunt et nunq̄ ab aliquibz homi-
nibz vel bestiis aliqd mali vel molesti
perceperunt. et tempore meo semp
in grācia specialissima et fauore sol-
dam fuerunt qui eis multa bona fa-

ciebat et in omnibz vt pater eos de-
fendebat. **S**ubtus hunc montē seyr
ē maxima villa et pulcherrima a gre-
cis et syriis inhabitata bono vi-
no et q̄pluribz rebus habundans et
tam de hyeme qđ de estate de vino no-
uo ad aliud nouum recentes botri et
vne in vitibz reperiunt. et tamen ad
hoc specialiter seruant et custodiunt
et multa alia mirabilia deus in hoc
monte quasi in speciali dilectione per
illam ymaginem operat.

De villa Rockar.

De hoc monte seyr multis m-
itineze visis p̄cedit dimissis
aramathia et tripolis ciuita-
tibus a dextris de quibz prius men-
cionem feci peruenit in villam nomi-
ne Rockar que nunc etia planicies
noe vocat. **N**ā nec post diluuiū
ibidem habitauit. **N**ec planicies est
pulcherrima et vberissima et fertilissi-
ma pratis et pascuis arboribz fontibz
bus pecoribz piscibz multum habū-
dans frumento et est inter montes in-
clusa et a saracenis agriculis inha-
bitata. **N**is omnibz visis et perlu-
stratis peruenit ad montem libani de
quo prius mencionē feci et ad mon-
tana magna qđ attingunt anthiochia
super que crescunt ligna de quibus
arcus balistarum fiūt siue efficiunt
qđ de ip̄is montanis ad longinquas
partes et terras deportant. **S**ub eis-
dem montibus immensa xpianorum
mētudo deget seu habitat ad ritū
latinorum et ecclesie romane se ha-
bentes quorū ep̄os ab archiepiscopis
latinis vidi consecrari et passagium
et recuperacionem terre sancte con-
tinue et quettidie affectantes. **N**is

omnibus et quod pluribus alijs visis locis
et casibus peruenit ad ciuitatem no-
mine baruth maritimam de qua prius
mentionem feci per quam peregrinorum
communis est transitus. prope quam san-
ctus Georgii martir gloriosus dra-
conem interfecit et ipsam ciuitatem et
totam terram ad fidem christi conuertit
de baruth homo ad quascumque par-
tes transmarinas voluerit redire potest
per sua committere voluntati.

Conclusio finalis.

Hec sunt itinera terre sancte
bona sed non publica in qui-
bus omnia loca et oratoria
predicta comode perulstrant in statu
et dispositione prout erat Anno domini
mccc. Et scio quod ab aliquo viuente non
possum reprobare quia de hijs que vidi
et veraciter audiui testimonium perhibeo.
Et hoc ad deuotionem et reue-
rentiam reuerendissimi in christo patris
et domini domini Haldewini in padeburn-
ecclesia episcopi dignissimi conscripsi
et nomine domini inuocato incepti et con-
pleui cui laus per infinita secula se-
culorum Amen.

Essunt feliciter libellus de itinere
ad terram sanctam.